



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 170. Articuli unionis ab Oratoribus propositi

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV. commodis vitiatam. Quocirca Angli
 A.C. 1448. jam Roma ad sua revertebantur, ac Ora-
 toribus Gallis, quos Viterbii obvios ha-
 bebant, Pontificis animum aperientes si-
 nistrum concordiae ab ipsis tentatae exi-
 tum enarrabant: Verum Galli nihil pro-
 pterea deterriti, iter suum strenue prose-
 cuti sunt, Anglis adhucdum Viterbii hæ-
 rentibus, qui tamen accepto reducendae
 pacis nuntio Romam redire, ceteris suam
 quoque operam impensuri.

§. CLXX.

*Articuli unionis ab Oratoribus
propositi.*

*Conc. gener.
 Labi e tom.
 13. p. 1; 26.*

Regis Galliae Legati die duodecima Ju-
 lii primo ad colloquium Nicolai Pa-
 pae admissi, concordiae pactiones, quas
 perferendas habebant, Pontifici exponunt,
 hunc in modum conceptas. I. *Felix
 det suas literas in bona & segura forma de
 renuntiando Papatu.* II. *Habeantur lite-
 rae Nicolai Papae, per quas omnes privati-
 ones, suspensiones & pœnas contra Felicem,
 contra Basileense Concilium ac eis adhæren-
 tes fulminatas effectum sortiri non debere
 decerneret.* III. *Habeantur literae Nicolai
 in meliori forma, per quas omnes privati &
 spoliati suis Ecclesiis, dignitatibus & pos-
 sessionibus in prisinum, & in integrum re-
 ducantur, & reponantur, & super hoc
 habeant*

habeantur literæ in fortiori forma. IV. *Sæcul. XV.*
Cardinales utriusque obedientiæ cum honori-
bus, prærogativis & emolumentis remaneant,
si autem duo vel plures in eodem titulo
concurrerint, provideatur, quemadmodum
in Concilio Constantiensi actum existit. V.
Omnes Officarii actu in Curia Domini Fe-
licis, & Basileensis Concilii residentes in suis
officiis remaneant. VI. Dabit Dominus
Nicolaus literas suas, per quas actualiter, &
irrevocabiler convocet Concilium generale
in aliquo loco nationis Gallicanæ, prima die
Septembris anni sequentis () inchoandum.*
VII. Dabit literas approbatorias, & con-
firmatorias provisionum Ecclesiarum om-
nium, & quorumcunque beneficiorum per Fe-
licem & Basileense Concilium factarum.
VIII. Promittet Dominus Nicolaus ratam
& gratam provisionem rationabilem, hone-
stam, & condecemtem pro statu, honore, ac
quiete Felicis in alio Concilio futuro appro-
bandam, & confirmandam.

A.C. 1448.

§. CLXXI.

(*) In actis legitur: *Prima die septimi*
Mensis, postquam adimplenda per Concilium Ba-
silicense & Felicem fuerint adimpleta, inchoan-
dum.